



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

Nembroth Chami Nepos. Digressio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

Mores tuos de suo colore testabuntur,  
 Nec in Parentis arcanis tua stabit curiositas.  
 Nam præstigiosus Inferorum scrutator,  
 Barbaro Nomine Zoroaster,  
 Magicas pestes Orco evocabis:  
 In Orcum revocandus:  
 Ex Unda servatus ad flammas.  
 Dedisce, Viator, mala culpare Tempora:  
 Semper sibi Orbis constituit.  
 Ter si diluvio mergatur,  
 Ter emerget impurior.  
 „Vitia erunt donec Homines,

## NEMBROTH CHAMI NEPOS.

### DIGRESSIO.

Aliquid extra orbitam  
 De Nembrotho leges, Viator.  
 Ne malis artibus partum pereat Nomen.  
 Magna etiam infamia debetur æternitas.  
 Hic inter inhumanos immanis,  
 Tam corporis, quam scelerum mole Terram oneravit,  
 Membra leges excessere, ut animum caperent exlegem,  
 Impotens igitur sui quod nimium posset,  
 Virtutem violentia violavit?  
 Et Assyriæ sceptrum extorxit, ut torqueret Assyrios,  
 Itaq; non mirere amissum Imperio impio commissum:  
 Minimum est Homines vincere nisi Deum lacescat.  
 Nam primus Idololatra, & Idolum,  
 Divinos sibi honores asseruit.  
 Debuerat ipse Aræ admoveri, non ipsi Ara.  
 At vulgo in adulationem prono,  
 Belus Lupiter dicitur, verius deinde Beelzebub.  
 Levi discrimine, Tyrannus colatur, an Dæmon.  
 Hinc leve nomen ua sifstat, maimori alligat,  
 Nam cruentis gladiis in scalpellæ vèrsis,  
 Suam lapidibus effigiem primus tradidit.  
 Hæc tente natura inter imaginem & exemplar,

Nisi

Nisi quod mutuatis officiis,  
Ipse lapidi imaginem, lapis ipse duritiam commodavit.  
Et imaginis imago fuit.  
Improspera videbantur hæc scelera, si perirent.  
Ergo Turrim meditatur,  
Quæ ultra diluvii metum ac mundi metam,  
Trophæa cum sideribus misceat.  
Eò crevit impietas, ut condenda Sola nomina ostendat Soli  
Et peccare jam pudeat, nisi peccet in Cœlo.  
Grandescit suis authoribus similis machina;  
Gigantum Turris, ac Turrium Gigas:  
Quam infistere sperat, contra fulmina fulminaturus.  
Sed ignavè superbus Artifex,  
Dum fulminum vires pavet, ad fulminum sedes accedit.  
Et patentiorem scopum exhibente magnitudine,  
Vindictæ occurrit quam fugit.  
Confusis igitur linguis,  
Ut cresceret Moles obstitit Cœlum,  
Ut decresceret institit Euphrates.  
Vertitur ab imo compacta scopolis Babylon,  
Non solidum opus, quia stolidum;  
Vanum nominis fulcrum, non vanum nomen.  
Uno prodigiosa miraculo, quod ruente Turri infamia stetit.  
Hoce volebam parumper digredi: ad Christi Proavos redi.

## SEM &amp; JAPHET

NOË FILII.

STATUÆ.

Effinge mihi, divine Phidia,  
Ingenuos Juvenes duos.  
Qui collectum humeris palliolum  
In nudum Patrem averso vultu rejiciant,  
Ex uno gemini spirent lapide.  
Ut cognatae materiae, nexus unanimes fateatur, ac Fratres.  
Tam religiosum par Fratrum.  
Nec Argi ostendent, nec Athenæ,  
Nivea Paros materiam dabit;

ut